



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

Capvt IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

CAPVT IIII.

ARGVMENTVM.

*Historiam, Regi quò concilietur, anilem
Rigena de Vulpis calliditate refert.
Simplicitas nostro germana refriguit auro,
Omnia sunt nugis, omnia plena doli.*

Rex negat
se meminif
se amplius
gestorum
Reinikes.

HAEC Verba postquam Rigena
Rex auribus perceperat,
Quacunque, dicit, pradicat
Præclara gesta Reinikes
Diu vetustas obruit,
Meisq; raptis sensibus
Oblivioni tradidit.

*Respondet Vxor Simij,
Ni forsitan molestius
Sit, auribus regalibus,
A proxima Vulpecula
Narrabo res origine.*

Narratio
de angue
& rustico.

*Secundus annus ducitur,
Ni fallor, hic in compis
Quòd implicatus retibus
Iacebat anguis maximus,
Extinctus Et ieiunio
Fuisse improbiſſimo.
Viator ecce præterit,
Quem voce serpens inuocat,
Ut impeditum compede
Dissoluat atq; liberet.*

Anguis
frangit fi-
dem.

*Benignus inquit rusticus,
Fidem tuam certis mihi
Astrinxeris si legibus:*

Nullam

Nullam quod atro toxico
 Inferre vis iniuriam,
 Plagas resoluam nexiles.
 Promittit anguis, dat fidem.
 Sed quando iam durissimis
 Solutis iret vinculis:
 leuitate corporis
 Urgetur is grauissima,
 Viroq; bella comparat:
 Magnisq; cum stridoribus
 Fulgoribusq; profilit,
 Vt innocentem rusticum
 Neci queat demittere.

Torno furentem luminis
 Viator ager respicit,
 Atq;, latro per fide,
 Num sponsonis immemor,
 Votiq; factus es datis?
 Respondet anguis rustico,
 Fame premor grauissima
 Qua multa suadet impia.

Iam mentis impos rusticus
 Procumbit, angui supplicat,
 Ah parce, vitam per dito
 Concede, donec quispiam
 Huc appropinquans venerit,
 Qui iura nobis explicet,
 Meamq; causam iudicet.

Lethalis, inquit, si per a
 Volo tibi volubilis
 Per tempus hora parcere.
 Sed dum potenter ambulat,

Duo corui *Duos agelli fertilis*
 primi iu- *In fossione rusticus*
 dices. *Sedere coruos conspicit.*
 Iudiciū cor *Quibus suam sententiam*
 uorum ini- *Et narrat infortunium,*
 quum. *Vterq; portuunculam*
Sperans rapina, viperam
Extollit amplis laudibus,
Bonumq; damnat Rusticum,
Qui territus sententia,
Hac ipse dicit Viperæ
In parte nil concesserim,
Coruos rapaces odimus:
Vterq; prado pessimus
Nil iuris in me continet.
Quin ergo dicit Viperæ,
Nunc latius procedimus?
Tunc obuiam decurrere
 Vrsus & lu- *Vrsus lupusq; cernitur,*
 pus secun- *Quorum miser sententiam*
 di iudices. *Expectat acrem Rusticus.*
Vrsus lupusq; que, qui nouam
Litem volebant tollere,
In ore firmant protinus.
(Cum preferenda legibus
Per sepe sit necessitas)
Vt absq; causa rusticum
 Anguis rur *Impastus anguis deuoret,*
 sus conde- *Famemq; duram comprimat.*
 mnatū ru- *Tunc acris infit rusticus.*
 sticum occi- *Nam sanus anguis denuò*
 dere cona- *Quod iura bis per arbitros*
 tur.

Pronunciata iam forent,
 Hunc deuorare nititur.
 Qui rursus humanissimo
 Se purgat ore viperæ,
 Atque quamuis arbitri
 Die bis vno pessimi
 Innoxium damnauerint,
 Id omne stoccipendimus,
 Ipsos enim sicarios
 Fuisse constat iudices.
 Hanc ergo controuersiam
 Dabo ministris aulicis:
 Hi quod sinistrum duxerint
 Rectum se iudicauerint,
 Ratum maneto perpetuum.
 En parcimus diutius
 Respondet vrsus, cogitans
 Ad regios deuenerit
 Res ista si notarios,
 Pronuntiat a per lupum
 Consentient sententia.
 Ad Regis ut pratorium
 Peruenerant, miserrimus
 Tremuit pauetq; Rusticus,
 Opemq; vestram flagitat
 Iniuriasq; noxij
 Serpentis omnes explicat.
 Tunc vestra Rex o dignitas
 His condolebat plurimum,
 Et iura prouidentius
 Examinabat omnia.
 Lex namq; causa viperæ

Rusticus se
 purgat an-
 qui.

Vrsi respon-
 sum.

Rusticus iu-
 dicium ad
 regios de-
 fert confi-
 liarios.

Iudiciū re-
 giorū con-
 siliariorū.

Q

Mori

Mori vetabat rusticum.

At ceteri, ieiunio

Quod nil foret molestius,

Pronuntiabant legibus,

Quod iure possit optimo

Hunc deuorare Vipera,

Sic fluctuare Regij

Cæpere Secretarij,

Quoumq; venit Reinike,

Qui rite causa cognita

Lites diremit omnium.

Nam consulebat, Vipera

Vt denuò prioribus

Inuolueretur retibus.

At si colonus aspidis

Cassès secundo rumperet

Aut sponte r. sum solueret:

Deberet omni perpeti

Quodcunq; serpens Rustico

Inferret infortunium.

At liberare Viperam

Si nolit ipsam Vinculis

Ad munus illud Rusticum

Nemo queat compellere.

Sic vindicabat Reinike

Serpentis astum callidi,

Laudabilisq; Rustici

Euectus est preconio.

Is mille tot scientijs,

Sublimioris ingeni

Abundat atq; dotibus.

Idem Leonis ferijs

Reinike li-
tes inter an-
guem & ru-
sticum di-
remit.

Reinikes
in iudicijs
acumen o-
stendit.

Reinikes
scientia &
Virtus lau-
datur.

Regina Verbis approbat.
Non, inquit Isengrinus
Brunoq; sunt spectabiles
Et inter aula Regia
Viros habendi nobues?

Regis Vxor
& ipsa Rein-
niken com-
mendat.



Fortes, potentes, strenui,
Cedunt nec & illi maxima
Velocitate corporis,
Audaciaq; virium,
Sed nil valent prudentia.
Sic in Gigantis sepius
Robustiori corpore,
Inest parum solertia,
Salisq; nil absconditi,
Id omnibus concesserim.
Quod noctis atra tempore,
Ob robur ingens corporis,
Multis timentur aulicis,
Nec sumtuosis & spiam

Brunonis
& Isengri-
nij Virtutes
recenset.

Q 2

Liben-

Reinikes
industria
multis mo-
dis est per-
specta.

*Libenter absunt ferculis,
Iam Reinikes industria
In arduis negotijs
Perspecta multa est modis,
Brunonis est ignauia,
Lupiq; negligentia,
Cunctis parant fastidium.*

*Saltem Valentis corporis
Cordisq; magnitudine
Nituntur, atq; viribus,
Cum res ad actum peruenit,
Et dimicandum cominus
Est forsam, ignauissimus
Vterq; turpi cernitur
Fuga salutem querere.*

Virorum &
luporum
proprietas

*Vrsi, lupiq; principum
Quieta turbant acria,
Et dissipantes omnia,
Tributa regum decoquunt,
Predantur & prouincias,
Nec estimant seu ciuium,
Domusve Regis ardeat,
Ruasve, prunis dummodo
Se publicis calfecerint:
Simunt perire cetera,
Carnes & ossa deuorant,
Ollas inanes omnium
Rerum relinquunt pauperi.*

Reinike vr-
lis & lupis
longe ex-
cellentior.

*At iuris obseruantior
Boniq; vniu Reinike.
Qui cum semel negotijs
In regijs deliquerit,*

Id

Id euenire pluribus
Potest, quod illi contigit.

Is in repertis principum
Regumq; factis omnium
Excogitandis praualet.

Rogamus ergo supplices
Rex in fauorem pristinum
Tuum reponas Reiniken.

Rex cautus inquit, Rigena
Nos inuicem de Reinikes
Virtute consultabimus:
Quamuis enim negotijs
In sustinendis dicitur
Exercitatus omnibus:

Dolo tamen circumuenit
Et fallit omnes fraudibus:

Moresq; Vulpis occultit,
Et fœdus omne negligit:

Suisq; scit præstigijs
Se Vinculis ex omnibus

Tam subdolè subducere,
Vt ipse fallacissimas

Demurer eius machinas:

Catum, lupum, cuniculum,
Coruum, Brunonem, Bellinum,

Is vnus omnes decipit.

Sic dicit atq; curiam

Alti subibat atrij,

Multos Vbi Vulpacula

Bilinguis hostes conspicit.

Rex reginæ
ad petitionē respon-
det.

Rex mali-
tiam Reini-
kes innatā
declarat.

Reinike o-
mnes deci-
pit.

Licet ex officio Christianę charitatis alter alteri benefacere, & de quouis bene promereri teneatur: Tamen certum in cōferendis beneficiis personarum habere respectum nulla lex prohibuit. Is enim cui semel liberā tuam gratificādi voluntatem significaueris, ab eoq; *factus pro* *missum nō* *soluendum* deceptus & fraudatus fueris, is nec in posterum benemerenti refert gratiam.

II. Ne verborum tuorum pactionem quibus iusiurandum complexus es, facile dissolvas aut negligas, nisi extrema coactus necessitate, aut ætatis tuę imperitia, aut propter honorem Dei, dignitatēve nominis violare compellaris. Affirmationem enim religiosam qui diligentius ponderauerit, non facile eam, quam Deo teste promisit, fidē dissoluet. Quapropter benè faciunt iudices, qui non temerè ad iusiurandum compellunt alios. Si tamen veritatis explorandę gratia aliter fieri non potest, prælectis explicatisque prius Sacramentis, arctiori ad stringendam fidem vtuntur vinculo.

III. Quàm periculosum & graue sit coram liuido & inuidioso (qualis hic per coruum significatur) Iudice habere causam.

IIII. Prator nunquam solus causas capitales *Leuitatē in* iudicare aut damnare contendat: Verū plures *dices in da* res & prudentes in iudicium adhibeat Senatores. Non enim inanis aut leuis res est, *mnando in* alicui *dicandoq;* vitam adimere, quam, etiam si per mille annos

peni-

pœnitentia ducaris, restituere nunquã potes. *Vitare de-*

Quod nemo avarus aut scenerator, qui in- *bent.*

iuriosa alienorum laborat appetitione bono- *V.*

rum, ad Rempubl. gubernandam munúsve *Nemo aua-*

pretorium deligendus sit. Inuenirentur enim *rus ad ma-*

plurimi, qui inflammati ad diuitias donisq; *gistratus*

corrupti aperta mendacia astruere, & mani- *officiũ de-*

festæ veritati se opponere haud verituri sint. *ligendus est.*

Non minus difficile quàm tædiosum esse, *VI.*

coram insulso, stulto, & illiterato Iudice cau-

sam orare. Cæcus enim de coloribus quid iu-

dicet? Hoc itaq; officij onus bonis, doctis &

prudentibus viris sine respectu interdum ge-

neris aut familiæ deferendum est.

Quod necessitas nullis astricta legibus fer-

rum, filices & adamanta frangat. Quamuis *VII.*

autem per hanc quæuis excusari non possint *Neccsitas*

flagitia, tamen in decidendis & dijudicandis *non habet*

causis nunquam negligenda est. *legem.*

Quam iucundum & salutare sit, cum sub- *VIII.*

diti omnium laborum suorum & sollicitudi-

nem profugium & præsidium in Magistratu

collocare & reponere possint, Quod facilius

non fiet, quàm si à principe vel rege integris,

piis & incorruptis Respublica gubernanda

committatur hominibus.

Iudex semper in iudicando respectum di-

gnitatis suæ celebritatemq; nominis intueri *IX.*

debet. Non enim leuis ignominia est tâquam *Iudex sem-*

iudicij corruptorem legumq; violatorem di- *per dignita-*

gito omnium demonstrari. *te personæ*

Ingratos sua haud dubiè pœna manet, nec *sua intueri*

debet.

X.
Ingratitudinis praemium.

vlla ipsis vnquam fides apud eos, quibus subdole semel imposuerint, habebitur, & redeuntibus occinetur,

Statoris, & pausa, &c.

XI.
Sapientia audacia & fortitudini preferenda est.

Multò plus sapientiam & animi industriam in homine, quàm fortitudinem corporis atque audaciam extollendam & laudandam esse. Ex his enim furiosa quaedam stultitia & inconsiderata persæpe oritur temeritas: Illis amplissimæ salus & vtilitas conseruatur provincie. Quod nemini qui in operosis quotidie Reipublicæ versatur negotiis incognitum esse planè confido.

XII.
Auaria & Usura omnia destrunt.

Quod lupi vniùque voraces, id est, Auaria & Usura non solùm immensas destruant regiones, verùm etiam res omnes communem vtilitatem continentes labefactent & comminuunt. Indies enim videmus, quam difficiles emptiones, & subdoli contractus ex clandestinis Danistarum in forum inuehantur infidiis. Nam etsi Deus optimus maximus vbertim fructus terræ largiatur, & abundanter omnibus profundat: ipsi Timiopolæ (vt Græci vocant) nullis exatiantur bonis, verùm omnia coëmunt & præmercantur, vt rerum pretia accendant & annonam flagellent, laboresq; inopis populi longè durissimos exugant. Tales autem vt accuratè impediuntur emptiones, magistratus officium proprium est. Nec ipsemet se talibus occupare debebat negotiationibus. Si autem quis inopia compulsus, frugum fructuumq; perceptiones di-

uen-

uendere cupiat, estimatione adhibita incommodum pauperum, illud ita facere poterit, ne emendi aut vendendi quaestu & lucro ductus fecisse videatur. Verum quis sua, inquit, si ne remuneratione abiiciat? ita quilibet bene-
Quilibet iā beneficiū
 ficiū serere contendit, vt & fructum inde *serit, vt & fructū inde*
 metere possit vberimum. Dum itaq; paupe-
metat suū.
 res ob penuriam se inuicem iuuare nequeūt, diuites autem erga inopes liberalitatem aliquam exercere negant, quī Reipubl. corpus saluum & incolume esse poterit?

Quod viro bono & candido, qui semper probitatis commendatione boni viri speciem tueri solitus est, si casu aliquo delinquat, ignoscendum sit, nec ignominiosè propterea de eo loqui conueniat. Qui enim sine vitio viuit, primus in eum lapidem iaciat suum. At qui ex malo proposito pertinacius in peccato obdurat atque perseuerat, is humanus non est, sed diabolicus. In omnibus igitur erit modus pulcherrima virtus, & medium tenebūt semper beati.

XIIII.

Principes fidelium, prudentum, & literatorum hominum opera aut conuersatione omnino carere non possunt. Quamobrem etiam ab iis humaniter liberaliterq; tractari debent, ita tamen ne cuiusquam petulan-

XIIII.

tiæ aut iniuriosæ voluntati indulgeant.

Q f CA